



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

Tit. XVII. De Immunitate Ecclesiastica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

„cum multo merito. „ *Hæc propositio* secul. XVI:
A. C. 1521.
est Christianæ legi inimica, Judaicæ perfi-
dice favens, & hæretica.

TITULUS XVI.

De bello contra Turcas.

Unica duntaxat propositio in hoc titu-
lo recensetur, hunc in modum pro-
lata: „Præliari adversus Turcas est re-
„pugnare Deo visitanti iniquitates no-
„stras per illos. „ *Hæc propositio univer-*
saliter intellecta est falsa, nec sacris eloquiis
consona.

TITULUS XVII.

De Immunitate Ecclesiastica.

Circa hanc materiam itidem, hæc u-
nica propositio damnata fuit: „ Si
„Imperator vel Principes revocent li-
„bertatem datam personis, & rebus Ec-
„clesiasticorum, non potest eis resisti si-
„ne peccato, & impietate. „ *Hæc pro-*
positio est falsa, impia, schismatica, li-
bertatis Ecclesiasticæ enervativa, ac impie-
tatis tyrannicæ excitativa, & nutritiva.

TITULUS XVIII.

De libero arbitrio.

In hoc articulo quinque propositiones
referuntur: I. „ Liberum arbitrium non
est